


coni ad uerticem eius per q̄ deductas, & eis quæ ab oculo in basim coni pro
cidentibus plana educta fuerint, in communique planorum sectione ocu
lus positus fuerit, id quod spectatur coni, omnifariam æquum spectabitur
uisu in plano proposito existenti.

Sit conus cuius basis quidē sit circulus c d, uertex au
tem sit b signum, oculus uero sit κ à quo procedant radij
k d, k c, tangentes in c d, connectanturq̄ ab ipsis d c, signis
in uerticem coni d b, & c b, & per c b, & c κ, quidem pla
num extendatur quod est ipsorum d b, d κ, similiterq̄ al
terum protenditur planum, igitur ipsi plana ueniunt in
congressum, nam ipsæ c d b, concurrunt, & c κ, d k, cōcur
runt, ueniant in congressum igitur ipsa plana, & sit eorū
communis sectio b κ. Dico quod ubi in b κ, positus fuerit
oculus, quo spectatur coni, æquū est, ponatur in b κ ocu
lus sitq̄ f, exciteturq̄ per 11 primi ele. per f ad ipsam quidē
κ d, ipsa f n, ad ipsam autem c k ipsa f s, igitur ipsæ f n, f s,
coni superficiem in signis f s, tangunt. In ipsa enim coni
super æquidistantium circulorum segmenta sunt simi
lia, igitur in ipsa b d c, coni superficie interualla spectata
æqualia apparent. Quoniam æqualis est quem ipsæ f s,
n cōprehēdunt angulus ei qui sub κ c, c d, cōprehēditur angulo, æquum apparuerit igit
tur, s n, interuallum ipsi d c interuallo. Quare quando oculus in κ b, recta linea positus
fuerit, æquū semper spectatum apparet.




Theorema trigessimumtertium



Equaliter autem semper oculo à cono distante, sublimius qui
dem oculo posito minus apparet coni spectatum, humilius ue
ro maius.

Esto coni uertex quidem ad d signum, basis autē cir
culus, exciteturque per 11 primi elementorum k h,
ipsi b d, ponaturque oculus in h. Dico iam quod id
quod spectatur coni oculo posito in h minus specta
bitur quàm in f. Connectantur, inquam, per primum
postulatum ab ipso d signo in h f signa ipsæ h d, d f,
& per secundum postulatum extendantur in n l, igit
tur in n & l, signo posito oculo spectata coni æqua
lia apparebunt, & minus quidem apparebit quod
ad n, maius autem id quod ad l, æquū uero id quod
ad n, ei quod ad h. Id autem quod ad l ei quod ad f,
sicut in præcedēti patuit: oculo igitur in h, signo exi
stente spectatū coni minus apparet quàm in f signo.



Theorema trigessimumquartum.



In circulo si à centro ad angulos
rectos quædam agatur recta li
nea ipsius circuli plano, & in i
psa apponatur oculus circuli di
metientes æquales apparent.

Esto enim circulus cuius centrum sit κ, & ab i
pso κ, per 11 undecimi ele. ad angulos rectos exci
tetur ipsi plano circuli ipsa k b, oculus uero sit in
b: exciteturq̄ diametri c a, & d f. Dico iam ipsum
a c ipsi d f, æqualem apparere cōnectantur enim
ipsæ b a, b f, b c, b d, per primum postulatum,
igitur binæ b κ, κ f, binis b κ, κ c, sunt altera al
teri

